



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Resolutiones Pastorales De Præceptis, Vitiis Capitalibus,  
Et De Sacramentis**

**Marchantius, Jacobus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1655**

Quæstio postrema.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41699**

dat, consulit, auxiliatur ad incendendam domū, segetē, syvam alterius, incurrit, quando sic exprimitur: *Incendiū voluntate deliberatā procuratum.*

## QUÆSTIO POSTREMA.

**Q**uid agendū, cum Confessarius habet pœnitentem cū casu reservato, quo non potest absolvere? Resp. remittendum cum ad habentem auctoritatem, nisi forte occurrat necessitas implendi præcepti & communicandi, ut potest fieri in Paschate, si etiam simul contingat non posse prætermitti communionem sine scandalo aut infamia pœnitentis. Tunc enim posse absolvi tenet communior opinio, si Superior adiri non possit: manet tamen obligatus ad se præsentandum Superiori, sive alteri potestatem habenti, ut directe absolvatur; nam in directe tantum à reservatis fuit absolutus. Idem dicendum de excommunicatione reservata. In casu enim necessitatis, in quo vitari debet scandulum vel infamia, cum hoc sit juris cuiusdam naturalis, præponderat præceptis

632. RESOL. PASTORAL.

ceptis ex humano jure sive constitutione Ecclesiastica vim habentibus; & censetur rationabilis causa, ut absolvi possit ab omnibus, à non reservatis quidem directe, à reservatis indirecte. Ita passim Theologi.

*Quæres an etiā absolutus in articulo mortis à reservatis, teneatur iterum patere absolutionem ab habente potestatum, quando periculum illud evasit?* Resp. quantum ad casum reservatum non tenetur, quia directe & simpliciter tunc ab illo potest absolvī. Quantum ad excommunicationem, non debet absolvī nisi sub conditione, ut paret mandato Superioris; maxime si excommunicatione sit ab homine; imo & tunc debet injuriam passo satisfacere, aut de satisfaciendo cautionem præstare, si ad alicujus instantiam, cui injuriam fecit, excommunicatus fuit. Vide Parochiale Led., pag 88.